



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 80. Navarræ Regis, & Condæi Principis Deputati ad comitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI. Provincie Deputatis, atque Oratoribus,
A.C. 1576. ac quædam duntaxat Provincie hunc
 articulum restringi, hancque conditio-
 nem apponi petebant: *dummodo hæc
 unia citra bellum, & pacata via fieret.*

§. LXXX.

*Navarræ Regis, & Condæi Prin-
 cipis Deputati ad comitia.*

Thuan. l. 63. Sub idem tempus Navarræ Regis, &
 Condæi Principis Deputati unacum
 quibusdam Calvinistarum Ministellis
 Blesas venerant, qui tamen non fuere
 auditi: nihilominus tamen ipsi decre-
 tis antea sancitis sese opponere aude-
 bant, caussantes, ea privilegiis, quæ
 ipsis in nupero edicto concessa fuissent,
 contraria esse, quapropter adversus
 hæc comitia, perinde ac si nec legitime
 convocata, nec celebrata essent, re-
 clamare, suamque oppositionem divul-
 gare attentabant: intercessit etiam Mi-
 rambellus Baro a Santonica Nobilitate
 delegatus: ast adversa fœderatorum
 pars ejus clamoribus prævalebat.

§. LXXXI.

*Quidam ab Ordinibus ad Navarræ
 Regem, Condæum Principem, &
 Damvillæ Ducem deputati.*

Bodin. Tho. Ceterum quamvis Rex omni, quo
& Avil. l. c. posset, modo fidem suam obstrin-
 geret,